FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iacobus Schroppius]

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216309

Visual Library

cus, Paſtor Niffernenſis, ſeptuagenario major, ſtemmatis ſui poſtremus, cui per manum tertiam iſta de Proavo relata ex parte debemus. Rupertus piè in Chriſto mortalem hanc vitam abſolvit. Anno Chr. 1580. (c) in Templo Durlacenſi primario ſeſepultus. Piam Viri memoriam recoluit Conrad. Wolffgangus Plazius, diſputationis ſupra memoratæ Auditor.

Scripta.

Diſputatio Inauguralis de uno Mediatore ac Interceſceſſore noſtro Domino JEſu Chriſto. Tubingæ. anno 1554. 4.

Eam Conr. Wolffg. Plazius Luco Errorum Pontificiorum inſeruit. edit. Tubingæ. 1594. & 1598. 8. p. m. 319. ubi hæc habet: Viſum eſt huc ponere piam doctam & nervoſam de Unico Mediatore ac Interceſſore noſtro Diſputationem &c.

N. 1528. Cl. 1562. O. 1594. JACOBUS SCHROPPIUS, Abbas Monaſterii Maulbronnenſis Evangelicorum quartus, natus Vaihingæ an. 1528. Patre honeſto Cive; Prima Literarum rudimenta poſuit Pforzemii, ubi ob paupertatem multa perpeſſus, anno 1547. in Cœnobium Maulbronnenſe recipitur, & anno inſequente publicam profeſſionem more Pontificio facit. Cum verò paulò poſt Novum Teſtamentum à Luthero Germanicè converſum, & à Patre clanculum ſibi transmiſſum diligentiſſimè, & quidem noctu ad debile ſatis Lunæ lumen,

(c) *Erh. Cellius in Or. cit. editionis primæ, Tub. 1557. in 4.*

lumen, metu periculi, quòd ex librorum Lutheri lectione ſeveriſſimè Conventualibus interdicta impendebat, evolveret, factum eſt, ut Evangelicam Veritatem irradiante mentem Spiritus S. gratiâ ſenſim agnoſceret. Accedente igitur Monaſteriorum in Ducatu WIrtembergico publicâ Reformatione, ipſe anno 1557. Coadjutor Præſulis Regioſontani, atque defuncto illo, Succeſſor electus fuit, & cum conſenſu Illuſtriſſimi Ducis Chriſtophori uxorem duxit. Inde porrò anno 1577. ad Præpoſituram Clauſtri Denckendorffenſis, quod eſt ad Sepulchrum Domini, & 1578. poſt Johannem Magirum ad Abbatiam Muliſontanam, connexamque Tetrarchiam Generalem & Seſſionem in Senatu Provinciali Majore, promotus. Quibus Officiis magno cum Eccleſiæ Wirtembergicæ, tum Juventutis Scholoſticæ Clauſtralis emolumento præfuit, atque vigilantiam, dexteritatem, aliasque Virtutes eximias Sereniſſimis Wirtembergiæ Ducibus apprimè comprobavit. Studio Hiſtorico in tantum delectatus, ut non ſolum inſtructiſſimam ex variis Hiſtoricis Bibliothecam poſſideret, ſed & aliquot centum perlegeret Authores, rebus maximè notabilibus feliciſſimæ, quâ pollebat, memoriæ infixis. Scripſit de Actis Concilii Oecumenici in Articulo de S. Cœnâ, quibus adeò bilem movit adverſariis, ut perſonatus quidam Calvinianus ſub nomine Angeli Maſarelli S. R. Ap. Sedis Notarii, Epiſtolam contra ipſum ediderit admodum virulentam, ubi eum ſubinde ſcorpium appellat, & variis calumniis proſcindit. edit. Romæ anno 1582. 4. Deceſſit Vir laudatiſſimus Thermis Ferinis, quibus valetudinis

cauſâ